



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sancti Hieronymi Stridonensis, Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Epistolae In Tres Libros distributae

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Coloniae Agrippinae, 1674

XVIII. Ad Augustinum. Dn. verè sancto. In.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37862

volentia tua gavifurus: verum etiam hoc à te potest
tulem & flagitem. O si liquisset, et si non cohabitante,
salem vicino te in Domino perfui ad erubrum & dulce colloquium.
Sed quia id non est datum, peto, ut hoc ipsum, quod in Domino
quàm possimus, simul simus, conservari studeas & augeri ac
perfici, & rescripta quamvis rara non spernere. Saluta obsequio
meo sanctum fratrem Paulinianum & omnes fratres, qui tecum ac de
te in Domino gloriantur. Memor nostri exaudiaris in Domino in
omni sancto desiderio tuo, domine charissime & desideratissime,
& honorande in Christo frater.

XVIII. Hieronimus Augustino Episcopo Hippo-
nensi. Responsoria sibi, approbans factam purgationem,
& admonens ne contra se quicquam
Augustinus facile
scribat.

Domino verè sancto & beatissimo papæ Augustino Hieronymus in Domino salutem. In ipso
professionis articulo sancti filij nostri, Asterij hypodiaconi, necessarii mei, beatitudinis tuæ ad
me literæ supervenerunt, quibus satisfacis, te contra parvitatem meam
librum Romam non misisse. Hoc nec ego factum audieram: sed
epistola cujusdam quasi ad me scriptæ per fratrem nostrum
Sifinnium diaconum huc exemplaria pervenerunt: in qua hortaris
me, ut *καλιωδῶν* super quodam Apostoli capitulo canam: & imiter
Stefichorum, inter vituperationes & laudes Helena Augustanæ: ut qui
detrahendo oculos per-

siderat, laudando* receperit. Ego simpliciter fa- * recipere
 teor dignationi tuae, licet stylus & ἐπιχειρήματα rec.
 tua mihi viderentur: tamen non temere exem-
 plarius literarum credendum putavi. ne sortè
 me respondente læsus, justè expostulares, quod
 probare ante debuisset tuum esse sermonem, &
 licet rescriberem. Accessit ad moram sanctæ & ve-
 nerabilis Paulæ longa infirmitas. Dum enim lan-
 guenti multo tempore assidemus, penè epistolæ
 tuæ, vel ejus qui sub tuo nomine scripserat, obli-
 sumus memores illius versiculi, Musica in luctu, *Eccl. 22.*
 importuna narratio. Itaque si tua est epistola, aper-
 tè scribe, vel mitte exemplaria veriora: ut absque
 ullo rancore stomachi in scripturarum disputa-
 tione versemur, & vel nostrum emendemus erro-
 rem, vel alium frustra reprehendisse doceamus.
 Absit autem à me, ut quicquam de libris tua bea-
 titudinis attingere audeam. Sufficit enim mihi
 probare mea, & aliena non carpere. Cæterum op-
 timè novit prudentia tua, unumquemque in suo
 sensu abundare: & puerilis esse jactantia, quod a-
 lim adolescentuli facere consueverant, accusan-
 do illustres viros suo nomini famam quærere. Nec
 tam stultus sum, ut diversitate explanationum
 tuarum me lædi putem: quia nec tu læderis, si nos
 contraria senserimus. SED illa est vera inter ami-
 cos reprehensio, si nostram peram non videntes,
 aliorum (juxta Persium) manticam considere-
 mus. Superest, ut diligas diligentem te, & in scrip-
 turarum campo juvenis senem non provocet.
 Nos nostra habuimus tempora & cucurrimus
 quantum potuimus: nunc te corrente, & longè
 spacia transmeante, nobis debetur otium: simul
 que

que (ut cum venia & honore tuo dixerim) ne se-
 lus tibi aliquid de poetis proposuisse videari
 memento Daretis & Entelli, & vulgaris prover-
 bii, Quod Bos lassus, fortius figat pedem. Triste
 hæc dictavimus: utinam mereremur complexi
 tuos, & collatione mutua vel doceremus aliqui
 vel disceremus. Misit mihi temeritate solita ma-
 ledicta sua Calphurnius, cognomento Lanarius,
 quæ ad Aphricam quoque studio ejus didici per-
 venire. Ad quæ breviter ex parte respondi, & li-
 belli ejus vobis misi exemplaria, latius opus cur-
 oportunum fuerit, primo quoque missurus tem-
 pore: in quo illud cavi, ne in quoquam existima-
 tionem læderem Christianam, sed tantum, ut de-
 lirantis imperitique mendacium ac væcordiam
 confutarem. Memento mei sanctæ & venerabilis
 Papa: vide quantum te diligam, ut ne provocato-
 *credam quidem voluerim respondere: nec crederem
 tuum esse, quod in altero fortè reprehenderem.
 Frater communis suppliciter te salutat.

XIX. Hieronymus Augustino eidem Episcopo. Excep-
 sat se quod non responderit post acceptos libros dicitur
 Augustini, eosque commendat. De his duobus libris
 vide Paulum Orosium in fine historia.

Virum honorabilem fratrem meum filiū dig-
 nationis tuæ Orosium presbyterū, & sui mo-
 rito & te jubente suscepi. Sed incidit tempus dis-
 ficillimum, quando mihi tacere melius sit quam
 loqui: ita ut nostra studia cessarent, & juxta Appi-
 canina exerceretur facundia. Itaque duobus libris
 tuis quos meo nomini dedicasti, eruditissimis
 & omni eloquentiæ splendore fulgentibus ac
 tempus respondere non potui. Non quod quicquam
 in illis reprehendendum putem: sed quia juxta